

eorum professionibus scientiis clarissimi sint: tamen nisi hēant exercitationē: parū uel nihil faciūt: quod ampla laude dignū sit. Sic hi q̄ praecepta officiorū callēt: nisi ipsi eadē quae prae-
cipiunt faciāt laudē non merentur. Vnde debēus alios & opa & uerbis ad officia dirigere: ne
uirtutis simulatores uideāur. Ideo autor nostrae salutis cōcepit facere & docere: & carpuit illi
qui cū aliis uirtutē prae dicauerint: eosque ad tēperantiam hortati fuerint: ipsi uoluptatibus
& luxuria diffluunt. Aptissima est hāc compatio cū hominibus scilicet reipu. oportūis. Nā

magna laude dignū sine usu et exercitatione consequi
possūt sic officii conseruandi praecepta tradūtur illa q̄
de: ut faciāus ipsi. Sed rei magnitudo usū quoque exerci-
tationēque desiderat. Atque ab his rebus quae sunt in iu-
re societatis humanae: quae admodum dūcatur honestū:
ex quo ortum est officium satis fere diximus.

Fortitudo et magnanimitas.

Intelligēdū ē at cū proposita sit genera quattuor
e quibus honestas officiiūque manant splēdidissimū

tur: est quaedam ars: quae indiget exercitatione & usu: ut aliae artes & praecepta quae pfectionē
non constituunt sine exercitatione. a. Vsu: assuetudine. b. Sic: pari modo adaptat compa-
rationem. c. Officii conseruandi: ut officium recte conseruetur & praestetur. d. Tradun-
tur: scribuntur & dantur aliis non ut solum sciamus quid sit officium: sed ut faciāus. cogno-
scere enim officia: & illa non praestare: nulla est utilitas illa cognoscere. ergo officium recte
praestandum est si boni eē uoluerimus. e. Ut faciāus: ut nos exerceamus ipsa officia: quae
non possunt recte praestari sine exercitatione: & ita faciāus ut praecipitur. non enim laudā-
tur hi qui uerbis solum philosophātur: uita autem luxu diffluit. f. Sed rei magnitudo: isto-
rum officiorum diiudicatio & difficultas in officiis praestandis. g. Vsum: assuetudinem ut
possit recte esse perfecta. h. Atque ab his rebus: concludit Cicero hanc disputationem de iu-
stitia & liberalitate dicens satis dictum esse de iustitia & his quae ad humanam societatem tu-
endam pertinent: & quomodo ab ipsis ducatur honestum: a quo oritur officium: quod sem-
per ad bonum tendit: & non dicitur officium: nisi honesta sit actio: & sic his absolutis utitur
transitione ad danda praecepta fortitudinis: quae est tertia uirtus in ordine. i. In iure socie-
tatis humanae: iustitia & liberalitate: quibus humana societas conseruatur. k. Ducat: fiat for-
metur habeatque originē. l. Ex quo: honesto originem habet officium. Nam est quicquid
honeste agitur. m. Satis fere: uitat arrogantiam: noluit enim dicere ut iure suo potuisset: suf-
ficienter diximus. Hoc autem seruandum est in omnibus actionibus & rebus: ne arrogantes
uideamur & nimium insolentes: & qui nobis ipsis nimium placeamus. n. Fere: quasi suffici-
enter: ut pauca in his quae ad iustitiam pertinent desiderentur.

Intelligendum est autem. Proposuit Cicero quattuor fontes officiorum: id est uirtutes a
quibus oritur honestum. Prudentiam iustitiam: fortitudinem & temperantiā. Postq̄ de
prudētia & iustitia cui adnexa est liberalitas differuit: & quid quoque tempore agēdum sit
perscripsit & docuit: transit ad fortitudinem & magnanimitatē. Intelligēdū ē autē: sed sciri
oportet inquit. o. Splēdidissimum: clarissimum & amplissima laude dignū. Vult Cicero
in. ii. Tusculana. ut dictum est: uirtutis nomen non esse proprium omnium uirtutū: sed for-
titudinis: a qua quae caeteris antecellit omnes noīatae sūt. Appellata iquit ē ex uiro uirtus. Vi-
ri autem propria ē fortitudo: cuius munera duo sunt: mortis dolorisque contēptio. Utendū
est igitur his: si uirtutis compotes uel potius si uiri uolumus eē: quoniam a uiris uirtus nomē
ē mutuata. Plutarchus ait in uita Coriolani. Disciplia militari romana glorie maxie floruit
testimonio ē ipsa uirtutē unico fortitudinis noīne appellatam idque quo pprie fortitudinē
uocāt: comune generis esse uocabulū. Ideo dicit Cicero id uideri maxie clarum & illustre qd̄
fortis aīo factū sit: atque oīa humana uincere patiētiēque dolorē. Nam fortis & magnāmus pu-
tat oīa hūana eē inferiora se & sua praestātia: eaque paruifacit: & supat oīs dolors: quorū uim
ut uolunt stoici opinio facit non natura. Vnde laudatur Possidonius ad quē cū Pompeius
decedēs ex Syria Rhodum uenisset: eumque salutasset agrotatē: dixit se moleste ferre: quod
possidoniū disputantē audire nō posset: respōdit Possidonius: Non cōmittā: ut dolor corporis
efficiat ut frustra tātus uir ad me uenerit cūque q̄si faces ei dolors admouerētur: saepe dixit:

medici corpora curāt: orato-
res agenda persuadēt: dedu-
cuntque mētes audientium
quo uolūt: & ad quoscūque
affectus: Imperatoris at exer-
citus extra rem gerūt: qui ni-
si fuerit usu edocti: quis mi-
litaria praecepta didicerint:
maxias calamitates interdū
& plerūque afferūt patriae.
Sic orator quāuis teneat ar-
tis praecepta tamē sine exer-
citatione pagē faciet. Hoc idē
in medico ē: qui potissimū e-
xercitatione indiget. Et sic di-
iudicare quid cuique debeat